



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XLVI. Heinrich, Erzbischof von Magdeburg, bestätigt dem Stift zu Brandenburg den Besitz des Schlosses Grabow, am 17. Februar 1307.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

testimonium nos presentem paginam de nostro Jussu speciali et certa scientia conscriptam Eidem domino Episcopo et Ecclesie sue tradimus et sigillorum nostrorum munimine roboratam appositis testibus, qui dicto contractui affuerunt, quorum nomina subsequuntur, Scilicet Illustris princeps dominus Bernhardus, Comes de Anholtt, dominus walterus de Arnstein, dominus Geuehrardus de Quernuorde, Canonici Ecclesie nostre, dominus Arnoldus de Luttere, Scolasticus Ecclesie Sancti Nicolai In Nouo foro Magdeburg., dominus Hinricus de plotzke, dominus Bernhardus de Nigrip, dominus Hermannus de Indagine, dominus Conradus de Belitz, Johannes de Bardeleue, Johannes dictus Burggrauus, Milites, et alii tam clerici, quam laici fide digni. Actum et Datum Magdeburg, anno domini Millefimo tricentesimo sexto, In Epiphania domini.

Copiarium No. 21 f. 156 des Königl. Prov.-Archivs zu Magdeburg.

XLVI. Heinrich, Erzbischof von Magdeburg, bestätigt dem Stifte zu Brandenburg den Besitz des Schlosses Grabow, am 17. Februar 1307.

Hinricus, dei gracia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, vniuersis et singulis tam presentibus, quam futuris hoc presens nostrum scriptum visuris et auditoris Salutem In eo, qui est omnium vera salus. Ne ea, que fiunt In tempore, simul labantur cum tempore, Expediit, vt in scripta publica redigantur. Notum Igitur esse volumus per presentes nostras litteras omnibus et singulis et In noticiam tam presentium quam futurorum peruenire, Quod nos litteras honorabilium virorum dominorum Bernardi prepositi, Gotfridi decani totiusque Capituli nostre Ecclesie Magdeburgensis vidimus, perlegimus et audiuius non cancellatas, non abolitas, non suspectas nec In aliqua sui parte vitiatas, sed ex vero et Integro prefati Capituli Sigillo manu mauricii desuper depicta sigillatas, Quarum tenor erat talis: Bernhardus prepositus, Gotfridus decanus dei gracia totumque Capitulum Ecclesie Magdeburgensis etc. Nos Igitur prudenter et diligenter omnibus et singulis supradictis examinatis Inuenimus tam fideliter quam legaliter et vtiliter rei facta et verba, prout omnia et singula superius narrantur, sine aliqua nota et macula reprehensionis esse vera, Ideoque cum omnia et singula supradicta tam fauorabiliter quam canonicè pro nobis et Ecclesia nostra concepta sint et acta exigente iusticia per presentes nostras litteras, quemadmodum per prefatos dominos prepositum, decanum et Capitulum acta sunt, prout premittitur, venditionem, donationem et translationem prefati Castri Grabow et aliorum suprapositorum Innuamus et renouamus, gratificamus, ratificamus confirmando cum appensione et munimine nostri Sigilli roboramus. Actum et Datum Magdeburg, Anno domini CCC septimo, XIII Calendas Martii.

Copiale No. 21 f. 157 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.